

MONOMACHIA

CRUENTA,

43

Sive

Singulare

DAVIDIS cum GOLIA

Certamen.

Ex eoqve reportatus gloriosè Triumphus  
Scenicè exhibitus à Nobili ac Ingenua SOLNEN-  
SIS Societatis JESU Gymnasia Juventute

Honori

S:FRANCISCIXAVE

RII Indiarum Apostoli dicatus.

*Sub Auspicijs*

Admodum Reverendi Domini

MICHAELIS

SZMUTKO,

Ecclesie Varnensis Plebani dignissimi,

Domini & Patroni gratiosissimi

Mecænatissqve sui Munificentissimi

Dum

*Benè Meritis in Arena Literaria, amplissimâ munificentia Pra-  
mia decerneret.*

Anno 1694.

Die

Mensis Julii.



SOLNÆ, Excudit Johannes Dádan.



## ARGUMENTUM.

 **Q**uo tempore Philistæos inter, & Israëlitas diuturnum Bellum gerebatur. Davidis quoque tres natu majores Fratres Martem secuti sub signis Saulis militabant: quibus dum David grandævi sui Patris Isai jussu annonam ad castra deferebat, festinus ille Gigas in Valle Terebinti comparet, Hebræorum castris insultat ignaviam exprobrat, æmulum Duelli poscit, execrandisque blasphemis tam gentem Hebræam quam ipsum DEUM lacessit. Hæc ut audire in castris moras trahens David, Zelo honoris Divini vindicandi corripitur, intellectâque debellatori Gigantis à Rege statuta mercede, ultroneè sese ad subeundam arenam Sauli offert, & frustra obnitentibus Fratribus voti compos efficitus, Regio armorum apparatu insignitur, quo tamen ille rejecto, solâ duntaxat Fundâ & baculo pastoricio munitus, cum certa spe Victoriæ adversus Gigantem intrepidè procedit, à quo risu quidem, contempnâque excipitur; sed primo jacti è funda filicis icu, carneam illam Turrim feliciter proster-

Ex libri Regum primi Cap: 17.

## PROLOGUS.

**R**evinctus Israëlitis Geniis ab Impietate & Furore, Genium Golizæ stipantibus calcatur, opem ab alto implorat, accurrit Davidis Geniis Pietate comite, qui Impietatem solio dejicit, Genium Golizæ, Furemque abigit, pressum verò Israëlitis Genium Vinculis exiit.

## ACTUS PRIMUS,

### Scena Prima.

**T**res nam majores Davidis Fratres in Castra Regis Saulis discessuri, grandævo suo Parenti Isai dolenter valedicunt.

Scena

## Scena Secunda.

**I**nrellecto Fratrum suorum discessu David & ipse abitum ad Castra parat, sed prohibitus à Patre greges visitatum mittitur.

## Scena Tertia.

**R**ex Israëlis Saul suum ex indigna Goliæ sibi assidue exprobrantis insolentia conceptum dolorem declarat; utqve militum suorum animos contra Gigantem exstimulet, præmium Gigantis Interfectori decernit & publicari jubet.

## Scena quarta.

**P**astores Isai relictis tantisper rure gregibus, nemoris interiora petunt; sed ab obvio Leone & Urso in fugam aguntur.

## Scena Quinta.

**S**istit fugientes Pastores occurrens David, ponere timorem jubet, Sinfestumqve Ovilibus Ursum Leonemqve discerpit.

## Scena Sexta.

**I**uventus pastoritia victori de superatis feris Davidi dat plausum, nihil obstante militum interventientium tumultu.

## Scena Septima.

**D**um statutum à Saule præmium Gigantis Interfectori promulgatur, adest Philistæus ipse, & congregatum militem dissipat, Castrisqve Israël insultat, æmulum pugnae petit.

## Scena Octava.

**R**edux è campo David patratam à se ferarum eadem Patria censet, exuvias ostentat; quibus visis exhilaratus Pater, Davidem ad visitandos in castris fratres mittit, submissa per eum filiis annonâ, adjunctoqve pro comite itineris Joramio.

## CHORUS.

**I**mpietas furore percita Plutonem adit, suppetias ex orco contra Davidem petit. Cujus precibus flexus Pluto Vulcano præcipit, ut arma pro Goliâ cudantur, Charontem autem ad Neptunum ablegat; ut eo comite captum Davidis iter interturbet.

## ACTUS SECUNDUS.

## Scena Prima.

**A**ber Sauli refert neminem reperiri qui audito etiam statuto Gigantis occifori præmio contra eundem progredi audeat. Indignatur milium ignaviæ Saul, ipse in arenam procedere statuit, dehortantibus eum ab hoc Belli Ducibus; Summo verò Sacerdote ad proes confugiendum fadente.

## Scena Secunda.

**D**avid annonam fratribus fuis in Castra delaturus. Menalcam profunda. cuius domi oblitus fuerat mittit, Pastores fopore adhuc mersos deprehendit; quibus excitatis mandatum Patris exponit. Gregem suum Rubeno commendat, retinentibus eum aliis pastoribus, iterqve disfavendentibus,

## Scena Tertia.

**R**edit è domo paterna Menalcas, & allatam Davidi fundam præferat; quâ munitus David dicto Pastoribus vale, cum magno eorundem luctu ad castra difcedit.

## Scena Qvarta

**S**aul desperatis jam humanis subsidiis, summi Sacerdotis fvalu ad Divina fele convertit, auxilium è coelo postulat, sed offenfo fibi sinistro omine, novo rursus timore consternatur.

## Scena Qvinta.

**D**avid ad castra contendens onustum annonâ Joramum præmittit; ipse interim lectis ad Jordanem quinque limpidiſſimis lapidibus in ſpem victoriæ erigitur, quam ipfa etiam Echo ei non obscure pollicetur.

## Scena Sexta.

**S**ubmiſſus à Plutone contra Davidem Charon fceptunum adire ſtatuit, ſeoqve comite, ut captum Davidis iter præpediat, grandem in Jordane tempeſtatem ciete.

## Scena Septima.

**I**ſai Davidis Pater offenfo ſibi per quietem ſiniſtro de Davide ſomnio, perterritus evigilat, abitum ad caſtra parat; retinetur tamen à Rubeno, quem ſui loco ad caſtra mittit pro Davide qvantiocius domum reducendo.

## CHORUS.

**Q**vieſcentem Davidis Genium Cyclopes à Vulcano evocati arma pro Golia eudentes excitant, qui tamen fulminibus territi ſpelun-

eam repetunt. Genius verò Davidis factum Nominis Divini Scutum  
è Cælo accipit. in quo frangit sua tela Furor & Impietas.

## ACTUS TERTIUS. Scena Prima.

**P**ost fufas irritò conatu ad DEUM preces Saul anceps confilii Jona-  
ram in vallem Ramatæ ad confulendum Samuelem mittit, quid in  
præfenti tertum ftatu agendum. Interim militem Iuftrari præcipit.

### Scena Secunda.

**S**ecundam Davidis per Jordanem navigationem Charon Neptuno co-  
mitem excitatâ subito tempeftate turbare nititur; fed eorum conatus à  
fuperveniente Pietate præpediuntur. David feliciter Jordanem trajicit.

### Scena Tertia.

**P**recibus intento Samueli, & graves Ifraëlitici populi calamitates re-  
censenti fauftum de cælo omen ostenditur, futurae victoriæ per Da-  
videm de Goliâ obtinendæ.

### Scena Quarta.

**I**onatas Samuelem invifit, caufam adventus fui magno cum dolore ex-  
ponit: Solatur hunc Samuel, victoriam Ifraëli cælitus deftinatam affe-  
rit, quod ipfum oftento ftatim miro prodigio confirmat, & Sauli nunci-  
ari vult.

### Scena Quinta.

**I**n Vallem Terebinti veniens David, in folito belli fragore percellitur,  
relicto igitur ad farcinas Joramò, ipfe ad locum caftroꝝ excurret,  
ut militem umbratili pugna exerceri ex abdito fpectat.

### Scena fexta.

**A**gnofcit Fratres. fuos in Caftis David, dumqve eos amice fa-  
lutat, oritur fuga militum metu Goliæ, qui in valle Terebinti  
comparens blasphemis tetram cælumqve profcindit, aufcultante  
ex abdito Davide, ulcionemqve meditante.

### Scena feptima.

**R**eprehendit acriter Fratrem fuum Davidem Eliab, quòd relicto  
domi grandævo Patre, defertifque rure gregibus ipfe ad caftra  
venire præfumpferit, defendentibus tamen illum reliqvis fratribus.

### Scena Octava.

Abina.

**A** Binadab Davidem in Proposito confirmat, Regem adire statuit Intentionem Davidis ei propositurus, Saman interim recenset staturam debellatori gigantis mercedem, quâ intellectâ David prælium cum eo meditatur: sed rursus ab Eliabo acrius quam ante excipitur frustra pro eo se interponente Samano.

## CHORUS.

**F**ortitudo & Pietas propositâ victoriæ lauro, Genium Davidis fundâ siliæque adversus Gigantem muniunt. Impietas Comite furore Genium Goliæ adversus Pietatem armat, sed sinistro omine.

## ACTUS QUARTUS. Scena Prima.

**J**oramus diuturnæ expectationis pertæsus, tandem resumptâ anonâ ipse quoque ad castra procedit, sed ab erumpentibus prædonibus spoliatur: à superveniente tamen Tribuno Spolionesque captivante, ablata rursus supellestiale donatur.

### Scena secunda.

**A** Binadab piam fratris sui Davidis intentionem cum Goliæ congreduendi Sauli proponit, quâ auditâ Saul in spem Victoriæ erectus Davidem sibi fisci jubet.

### Scena Tertia.

**E** Valle Ramata redux Jonatas recenset Sauli lætum à Samuele nuncium, sibi nempe eolum favere, victoriamque in Israël incurrere.

### Scena Quarta.

**S**istitur Sauli David, qui ipse ultroneè sese contra Gigantem offert, & pugnæ copiam petit. risu primùm à Rege excipitur, sed recensitis fortitudinis suæ speciminibus Saul rem cum Belli ducibus prius conferte statuit.

### Scena Quinta.

**D**um Joramus allatam fratribus Davidis annonam præsentat, intervenit à Patre missus Rubenus de Davide sciscitatur, audit contra Gigantem processurum, sortem ejus dolet, è castris abit hoc ipsum Patri relaturus.

## CHORUS.

**G**enjo Goliæ curru triumphali provesto Furore & Impierate comitibus, occurrat Pietate & Fortitudine stipatus Genius Davidis, certamen cum Impierate orditur, huic orcus, illi militat æther: Vincitur.

entur Goliæ Genus. Genus Davidis victoriâ potitus inter festivos  
plausus invehitur.

## ACTUS QUINTUS Scena Prima.

**S**Aul consulti Belli aucibus Davidis piæ intentioni annuit, con-  
tra Gigantem processurum armis suis mittiri iubet, quibus ille  
relictis, solâ fundâ, & baculo armatus in arenam procedit.

### Scena secunda.

**R**Eversus è Castris Rubenus grandævo Isai refert; Davidem in  
castris remansisse, duellumqve cum Golia meditari, hinc luctus  
Patris, indignatio, dolor & penè desperatio.

### Scena Tertiâ.

**E**Xercitus uterqve in apertum procedit, duellum spectaturus. Pro-  
dit fastuosus Goliath, æmulum duelli præstolatur, Davidem ad-  
versus se procedentem videns aspernatur.

### Scena Quarta.

**I**N conspectu Castrorum David primo jacti è Funda silicis ictu  
Gigantem feliciter prosternit, quo viso Philistæi in fugam agun-  
tur, hos Joab cum Exercitu Hebræorum insequitur.

### Scena Quinta.

**S**Aul certior redditus de obtenta per Davidem victoriâ, singulari  
 læticia afficitur, reducem è campo Davidem gratulabundus exci-  
pit; Sceptro, purpurâqve insignit eiqve Triumphum decernit.

### Scena Ultima.

**I**oab post caesos Philistæos cum ingentibus spoliis è campo rea-  
vertitur. Davidi Victoriæ communis plausus exhibetur, qui non si-  
bi sed Domino Exercituum Victoriâ attribuens, ad reddendâ  
DEO debitas grates effunditur.

## EPILOGUS. Pars prima.

**F**ortitudo Pietate stipata Genio Davidis Honoris Trophæum e-  
rigit, in eoque superinscriptis laudum encomiis, Invictissimo  
Marti Christiano perennitatis præatur Victoriarum adoræas,

### Pars secunda.

**M**unificentia Admodum Reverendi Domini Mecænatis Litera-  
rios Victores condignis præmiis condecorat.

NOMINA ACTORUM.

- Rex Israëlis Saul:* Joannes Dubraj, Civis Pannon Bircsenſis Syntaxiſta  
*Jonatas* Stephanus Bivolini Nob; Hungar: Solnenſis Principiſta.  
*David.* Nicolaus Tamáſi Nob. Hung. Solnenſis Grammatiſta  
*Iſai, Davidis Pater:* Joannes Dubniczky Pannon Fepleniſis Syntaxiſta,  
*qvi & Samuel.*  
*Abinadab:* Paulus Gilány Nob Hung: Tepliezen. Grammat;  
*Eratres Da-* *Eliab:* Andreas Kruspiet Nob. Hung: Solnenſis Princip.  
*vidis:* *Samanus:* Andreas Gyurcsány Nob; Hun: Moſſenſis Syntax:  
*Rubenus:* Joannes Poruſcaňzky Pannon Porubenſis Gram;  
*Belli duces:* *Ioab:* Balchaſar Kotúcs Nob Germ. Solnenſis, Grammat  
*Abner:* Paulus Pilka Civis Solnenſis, Syntaxiſta.  
*Summus Sacerdos:* Wolphgangus Závodſzky Nob H: Horkenſis Gramm.  
*Tribunus Iſraëlitarum.* Adamus Kőſzegi Nob; Hung: Rajeczenſis Syntaxi.  
*Tribunus Philiſteorum:* Joannes Predmeroczy Civis Predmerenſis Syntax.  
*Goliath:* D: Nicolaus Litavai Civis Solnenſis  
*Armiger Goliath:* Nicolaus Szegi Nob; Hungar: Turenſis Grammatilla.  
*Neptunus:* Joannes Golkovičs Civis Zivecenſis Grammatilla  
*Vulcanus:* Andreas Szeranyanſzky Pannon Roſzinenſis Syntaxiſta  
*Pluto:* Andreas Hliniczky Nob; Hung: Hliniczenſis Principiſta.  
*Charon:* Joannes Lani Civis Pannon Privilienſis Grammatilla  
*Ioramus:* Michaël Zadubanſzky Civis Solnenſis Grammatilla  
*Providentia Divina:* Caſparus Janács Nob Hung. Solnenſis Parviſta  
*Pietas:* Alexander Trſtyanſzky de eadem Nob; Hung Parviſta  
*Genius Davidis:* Joannes Cyurcsány Nob; Hungarus, Parviſta  
*Genius Goliath:* Michaël Koſſela Nob; Hung: Solnenſis Principiſta  
*Fortitudo, & Genius Iſraëlis* Daniel Melko Nob; Hung: Solnenſis Princ.  
*Genius Mecænatis:* Georgius Kruspiet Nob; Hung. Parviſta  
*Magnanimitas & Furor.* Georgius Szeranyai Nob; Hung. Tepliezen: Parv.  
*Impietas:* Stephanus Suller Nob Hung: Solnenſis, Principiſta  
 Andreas Nedeczky de eadem Nob; Hung. Parviſta  
 Nicolaus Reviczky Nob; Hung: Gbelenſis Principiſta  
 Georgius Horváth Nob. Hung. Brednenſis Parviſta  
*Ephæbi:* Georgius Tomáſecz Civis Pannon Solnenſis Parviſta  
 Andreas Erdell Nob; Hung. Solnenſis Parviſta  
 Michaël Reviczky Nob. Hung: Gbelenſis Parviſta  
 Joannes Balczó Nob; Hung: Rajeczenſis Principiſta  
 Joannes Szkalka Nob. Hung. Solnenſis Parviſta.  
*His accedunt:* Paſtores, Fauni, Milites, Cyclopes, Prædones & Leones.